

Franckesche Stiftungen zu Halle

Brief von August John an August Hermann Francke.

John, August

Jena, 03.02.1720

Franckesche Stiftungen zu Halle

Shelf Mark: AFSt/H C 209 : 25

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-238036](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-238036)

VIR Summe Reverende,
 Parens atque Praeceptor omni
 cultu colende,

25

Me vero pudor quidam subit viden-
 tem et legentem literas tuas. Ha-
 ne summa illa providentia rebus
 quam tenuissimis non potest non
 tanto avidius consulere, quanto
 sunt inclinatiores, animumque iusto
 sui fastidio & merito inquietatum
 tanto diligentius excitare benefa-
 ctis? Equidem nihil hic abnuere
 possum, quo iubeor, cum Deo pro-
 fecturus. Qua vero et ipse admo-
 nuisti, et ego factu necessaria iudi-
 co, nempe ut tanto attentiori stu-
 dio nunc animum ad servitia di-
 vina componam, haec et optata a
 R

Te est destinata apud me, exequatur
in me et perficiat spiritus ille Je-
su Christi, sine quo animis consiliisque
nostris nihil sanum inest. De iti-
nere, cum iubebor, suscipiendo, nihil
mihi quidem optabilius, quam moram
non interponere. Sed hic difficultas
quosdam oritur, quam eludere consul-
tum non arbitror. Omnino minus pa-
ratus sum, quod ad vestes attinet,
quam ut Berolini me sistere queam.
Vidi quidem hactenus & quo animo,
non modo nigram vestem usu ab-
sumtam, sed etiam alteram quoti-
diano usu atteri, eaque reminus sum
motus, eo quod sciebam, perinde esse,
viliori an elegantiori cultu uterer,
et in tempore his rebus a summo
illarum arbitro consultum iri pu-
tabam. Neque spes ea me fefellit.
Nunc autem quoniam externis hu-
iusmodi in rebus videndum est, non
quis

quid mihi placeat, sed quid aliorum
statui ac voluntati conveniat, et ma-
xime quoniam ignoro, annon in hospi-
tio futuro versandum sit inter eos
quibus ista simplicitas ludibrio sit:
rogarim, si quidem, Vix summe Reve-
rende, illud ipse necessarium iudicave-
ris, ut pro eo, ac Deo illud ubi inte-
grum esse concesserit, tantum mihi
proceures, quantum ad vestem nu-
vam (nigram) comparandam neces-
sarium esse videbitur. Non dubito, Deum
qui sic dicitur unctis, quod aiunt,
auxilium ostendere coepit, mihi sic
adfuturum esse, ut brevi animo quan-
gratisimo illud restituere possim: quoniam
iam plurimum benefactorum multi-
tudinem miror, neque aliud exopto,
quam ut ille me adjuvet, quo re-
vera demonstrarem, tot amoris et ex-
unpta in eum collata esse, qui Christi-
mente animari, neque ingratus esse
flagitet. Dr. Franckius cum apud
me esset, iam eiusmodi cogitationes
a-

animo versantem, sua sponte interroga-
bat, annon illā re indigerem; auditoque,
me iam id cogitare, admonuit, hic mi-
nori sumtu talia comparari posse. Mi-
hi tum animus opletus erat novitate
rei, quam e' literis cognoveram: ille ve-
ro affectu admodum tenero dolebat, se
visum forsan iri optimo parenti suo illu-
struorū propter disputationem, ad quam
Celsissimo Comiti Solmensi dedicandam ita
se iam obtrinxerat, ut tuto nuni-
dem referre sibi non integrum arbi-
traretur. Celsis ille parens, cui ab
initio perspectum est, quodcumq; agi-
mus, misereatur nostri, largiatur, quic-
quid ipsius gratiā tam opulentā di-
gnum est per Jesum Christum: cui te,
VIR summe Reverende, tanto maiori
benedictione cumulandum tradō comen-
doque, quanto magis paternum Tullii
animum, non sine voluntate Christi, quod
persuasum habeo, mihi deitasti, qui
sum,
VIR summe Reverende,

Tuus
omni cultu et ob-
sequio
Augustus John.